Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31477
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Tractatulus pulchrius qui sit inimicus noster 55

Inquisitio Que et quot sint genera inimicorum et quid per edificationem nostram de singulis eorum sit sentiendum

Ff° Notandum quod inter amicos puri vitae nostra maxime fovet distinctio vitae inter amicos et inter inimicos, quia decepti amicos credimus illos qui sunt realiter inimici. Et illos credimus aliquoties inimicos qui nobis realiter sunt amici

Sunt ergo duo genera hominum qui apparent amici et sunt hostes et inimici. Et duo genera hominum qui videntur inimici et sunt amici. Et ita qui dolent et qui apparent quadruplices habemus inimicos videlicet blandos adulatores. Falsos consiliatores detrahentes et pseudos corripientes et correctores. Primi sunt evitandi per prudentiam. Secundi sunt deputandi per prudentiam. Tertii sunt tolerandi per patientiam. Quarti sunt acceptandi per benivolentiam. Primi scilicet inimici a quibus nos custodire debemus sunt blandi adulatores, qui enim ita suaviter vadet ut quasi amputaret vel oculum tuum eruet multo fortius inimicus dicendus. Os adulatoris cum lingua sua nocta acuta et dolosa. Ideo tibi blandit ut te decipiat et oculum dextrum tibi eruat. Ecce 12 In labiis suis delectat sed indulcat inimicus et in corde suo insidiatur ut subvertat te in fovea. In oculis suis lacrimabitur inimicus et quasi adunabit suffodiet gressus tuos

primi inimici sunt blandi adulatores

Isti apparent amici { blandos adulatores / falsos consiliatores } et sunt inimici

Isti apparent inimici { detrahentes et pseudos / corripientes et correctores } et sunt amici